

Universitätsbibliothek Wuppertal

Epistolæ obscurorum virorum

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

Hutten, Ulrich von

Lipsiæ, 1864

5. Ioannes Strausfederius

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-976](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-976)

aliis dicere, propterea quod fratres predicatorum nunc sunt pro vobis contra doctorem Reuchlin, et defendunt ecclesiam et fidem catholicam contra illos poetas seculares: ego vellem quod iste monachus fuisset de alio ordine, quia ille ordo est valde mirificus inter omnes. Vos etiam debetis mihi aliquid risibile significare, et non irascimini mihi. Valete. Ex Wittenberg.

5.

Ioannes Strausfederius

Ortvino Gratio

Salutem maximam et multas bonas noctes sicut sunt stellę in cęlo, et
 10 pisces in mari. Et debetis scire quod ego sum sanus, et etiam mater mea.
 Et vellem libenter etiam taliter audire de vobis, quia ego cogito cottidie
 ad minus semel de vestra dominatione. Sed cum licentia audite unum
 magnum miraculum, quod fecit hic unus nobilista: diabolus confundat eum
 in ęternum: quia scandalizavit dominum magistrum nostrum Petrum Meyer
 15 in mensa, ubi fuerunt multi domini et nobilistę, et non habuit unam guttam
 verecundię, sed fuit ita pretensus quod ego miror. Ipse dixit: 'Ecce doctor
 Ioannes Reuchlin est doctior quam vos', et dedit ei unum knipp. Tunc
 magister noster Petrus dixit: 'Ego mitterem solvere collum meum an hoc
 est verum. Sancta Maria, doctor Reuchlin est in theologia sicut unus
 20 puer, et unus puer plus scit in theologia quam doctor Reuchlin; Sancta
 Maria, credatis mihi, quia ego habeo experientiam: tamen ipse nihil scit
 in libris Sententiarum; Sancta Maria, ista materia est subtilis, et homines
 non possunt ita capere sicut grammaticam et poetriam. Ego vellem etiam
 bene poeta esse, et scirem etiam componere metra, quia audiui in Lyptzick
 25 Sulpitium de quantitatibus syllabarum. Sed quid est? Ipse deberet mihi
 proponere unam questionem in theologia, et deberet arguere pro et contra'.
 Et ipse probavit per multas rationes, quod nemo scit perfecte theologiam,
 nisi per spiritum sanctum. Et spiritussanctus infundit illam artem. Et
 poetria est cibus diaboli, sicut dicit Hieronymus in suo epistolari. Tunc
 30 ille bufo dixit quod non est verum, et quod doctor Reuchlin etiam habet
 spiritumsanctum, et quod est sufficiens in theologia, quia composuit unum
 librum satis theologicalem, et nescio quomodo vocatur, et nominavit magi-
 strum nostrum Petrum unam bestiam. Et dixit quod magister noster
 Hochstratus est frater casearius. Et commensales riserunt. Sed ego dixi
 35 quod est scandalum, quod unus simplex socius debet esse ita irreverentialis
 coram uno magistro nostro. Et doctor Petrus fuit ita iratus, quod surrexit

⁷ Strausfederius 2. ¹⁷ knip. 2. ²⁰ . Sancta 1...3. ²¹ . Tamen 1...3.
²² . Sancta 1...3. ²⁸ spm̄sanctū. 2.

de mensa, et allegavit evangelium dicens: 'Samaritanus es, et diabolum habes'. Et ego dixi: 'Capias tibi hoc', et fui valde gavisus, quod ita realiter expeditum illum trufatorem. Vos debetis procedere in factis vestris, et debetis defendere theologiam, sicut fecistis antea, et non debetis aliquem respicere, sive sit nobilis sive rusticus, quia vos estis sufficiens. Si scirem ita facere carmina sicut vos, ego non curarem unum principem, etiam si vellet me interficere. Sed alias sum inimicus iuristarum, quia vadunt in rubeis caligis, et in mardaris schubis, et non faciunt debitam reverentiam magistris, et magistris nostris. Ego etiam peto vos humiliter necnon affectualiter, quatenus significaveritis mihi quomodo stat in Parrhisia cum Speculo oculari. Deus tribuat quod alma mater universitas Parrhisensis velit tenere vobiscum, et comburere illum hereticum librum, quia habet multa scandala, sicut scripsit magister noster Tungarus. Ego audiui quod magister noster Sotphi, in bursa Kneck, qui composuit glosam notabilem super quattuor partes Alexandri, est mortuus. Sed spero quod non est verum, quia fuit excellens vir, et fuit profundus grammaticus, et fuit bene melior quam isti novi grammatici poetales. Salutare etiam dignemini mihi magistrum Remigium, quia olim fuit præceptor meus singularissimus, et sæpe dedit mihi bonas vexas, quando dixit mihi: 'Tu es sicut auca, et non vis studere quod fias magnus argumentator'. Et ego dixi: 'Eximie domine magister noster, ego volo me emendare in posterum': tunc aliquando dimisit me, aliquando dedit mihi bonam diciplinam; et protunc ego fui ita discretus, quod libenter accepi correctiones pro negligentis meis. Sed nihil amplius habeo vobis scribere, præter quod velitis vivere centum annos. Et valete in requie. Datum Moguntię.

25

6.

Nicolaus Caprimulgius

Baccalaurius

Magistro Ortvino Gratio

Salutem plurimam cum magna reverentia erga vestram dignitatem, sicut debeo scribens ad vestram magistralitatem. Venerabilis domine magister, sciatis quod est una notabilis quæstio quam peto seu rogo determinari a vestra magistralitate. Est hic unus græcus qui resumit grammaticam Urbani, et quando scribit græcum, tunc semper ponit titellos superius. Quapropter ego dixi nuper: 'tamen magister Ortvinus Daventrię etiam practicavit grammaticam græcam, et etiam est sufficiens ita bene sicut ille, et nunquam

² Et 1...3. ²² Et 1...3.²⁹ M. Ortuino Gra. 1...3. ²¹ Sal. 1.3.